



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Si homo ante lapsum virtutes habuerit. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



faciebat liberum arbitrium, nisi diuinum præberetur adiutoriū. Ecce his verbis satis ostenditur, quod ante peccatum homo indigebat gratia operante & cooperante. Non enim habebat quo pedem mouere posset sine gratiæ operantis & cooperantis auxilio, habuit tamen quo poterat stare.

*Quod homo ante lapsum virtutes habuerit.*

Præterea queri solet. Vtrum homo ante lapsum virtutē habuerit. Quibusdam videtur quod non habuerit, id ita probare conantibus. Iustitiā, inquit, nō habuit, quia præceptum Dei contempnit: nec Prudentiā, quia sibi nō prouidit: nec temperantiam, quia aliena appetit: nec fortitudinem, quia prauæ suggestioni cedit. Quibus respondentes dicimus, eum quidem non tunc habuisse has virtutes quando peccauit, sed ante, & tunc amisisse. Quod multis sanctorum testimoniis comprobatur. Ait enim August. in quadam homilia, Adam de limbo tertia ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, charitate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis exposuit, pariterque peremit. De hoc eodē Ambr. ad Sabinum ait: Quando Adam solus erat, non est peruariatus: quia eius mens Deo adhærebat. Super psalm. quoque dicit. Quod homo ante peccatum beatissimus, auram carpebat ætheream. Sed quomodo sine virtute beatissimus erat? Aug. quoque super Gen. dicit: Adam ante peccatum spiritali mente præditum fuisse. Non est ergo dubitandum hominem ante peccatum virtutibus fuisse, sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

*De eiectione hominis de paradyso.*

In illius quoque peccati poenam eiectionem est de paradyso in istum miseriarum locum, sicut in Genes. legitur, Nunc ergo ne forte mittat manū suam, & sumat de ligno vitæ, & cōdat, & uiuat in eternū, emisit eum Deus de paradyso voluptatis. His verb.

insinuari

*Amb epist.  
41. ad principium t. 3.  
Idem sermone 4. ad versum adhaesit.  
Psalm. 118.  
Aug. de Genes. li. 1. ca. 42.  
in fin. li. 1. 3.*

*Genes. 3. 6.*